

VIGIL MASS OF EASTER

[Errors? help@extraordinaryform.org](#)

The Mass begins with the *Kyrie eleison* (No Prayers at the Foot, no *Introuit*). Bells are rung and the organ is sounded during the *Gloria*. There is a threefold *Alleluja* after the Epistle. The lights are off during the Gospel. The *Credo* is not said. There is no Offertory verse. The Preface for Easter says *in hac potissimum nocte*, that is, "on this night above all", rather than *in hac postissima die*, that is "on this day above all." There is no kiss of peace. The *Agnus Dei* and the prayer of the priest *Domine Jesu Christe qui dixisti* (which follows the *Agnus Dei*) are omitted. After the Communion of the congregation, a shortened form of Lauds is sung. At the dismissal, *Ite Missa est, alleluia, alleluia* is said, followed by *Deo gratias, alleluja, alleluja*. The Mass ends with the Blessing, there is no Last Gospel.

COLLECT

Deus, qui hanc sacratissimum noctem glória Dóminicæ Resurrectiónis illústras: consérva in nova familiæ tuæ progénie adoptiónis spíritum, quem dedísti; ut, córpore et mente renováti, puram tibi exhibeant servitútem. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Colossians 3: 1-4

Fratres: si consurrexístis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sápite, non quæ super terram. Mórtui enim estis, et vita vestra est abscóndita cum Christo in Deo. Cum Christus apparúerit, vita vestra: tunc et vos apparébitis cum ipso in glória.

(After the Epistle, all rise and the celebrant intones the Alleluia)

GREATER ALLELUIA

Psalms 117: 1; 116: 1-2

Priest: Allelúja,

(The choir repeats the Alleluia. The celebrant and choir then repeat the Alleluia twice more, each time at a higher tone.)

Choir: Allelúja,

Priest: Allelúja,

Choir: Allelúja,

Priest: Allelúja,

Choir: Allelúja.

(Then the choir continues:)

V. Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in sæculum misericórdia ejus.

V. Laudáte Dominum omnes gentes: et collaudáte eum, omnes pópuli.

V. Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: et véritas Dómini manet in ætérnum.

GOSPEL Matthew 28: 1-7

Véspere autem sabbati, quæ lucéscit in prima sabbati, venit María Magdaléne, et áltera María vidére sepúlcrum. Et ecce terræmótus factus est magnus. Ángelus enim Dómini descéndit de cælo: et accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum: erat autem aspéctus ejus sicut fulgur: et vestiméntum ejus sicut nix. Præ timóre autem ejus extérriti sunt custódes, et factu sunt velut mórtui. Respóndens autem Ángelus, dixit mulieribus: Nolíte timére vos: scio enim, quod Jesum, qui crucifíxus est, quæritis: non est hic: surrêxit enim, sicut dixit. Veníte, et vidéte locum, ubi pósitus erat Dóminus. Et cito eúntes dicite discipulis ejus, quia surrêxit: et ecce præcédit vos in Galilæam: ibi eum vidébitis. Ecce prædixi vobis.

(The creed is not said, nor the Offertory.)

SECRET

Súscipe, quæsumus, Dómine, preces pópuli tui, cum oblatiónibus hostiárum: ut paschálibus initiáta mystériis, ad æternitátis nobis medélam, de operánte, proficiant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF EASTER VIGIL

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hac potíssimum nocte, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatiónibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

COMMUNICANTES FOR EASTER

Communicántes, et diem sacratíssimum celebrántes Resurrectiónis Dómini nostri Jesu Christi secúndum carnem: sed et memóriam venerántes, in primis gloriósa semper Vírginis Mariæ, Genitrícis ejúsdem Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beati Joseph ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis, et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsque concédas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxilió. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

HANC IGITUR FOR EASTER

Hanc igitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offérimus pro his quoque, quos regeneráre dignátus es ex aqua, et Spíritu Sancto, tríbens eis remissionem ómnium peccatórum, quæsumus, Dómine, ut placátus accípias: diésque noste, in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári: Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

(After the priest completes the ablutions after Holy Communion:)

SOLEMN LAUDS OF EASTER DAY

Allelúia, allelúia, allelúia.

Laudáte Dóminum in sanctis ejus laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus, laudáte eum secúndum multitudinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ, laudáte eum in psaltério, et cíthara.

Laudáte eum in týmpano, et choro: laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus:

laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis: omnes spíritus laudet Dóminum.

V. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, etsemper, et in sæcula sæculórum. Amen.

Allelúja, allelúja, allelúja.

Antiphon:

Et valde mane una sabbatórum, véniunt ad monuméntum, orto jam sole, allelúia.

CANTICLE OF ZACHARY

Benedíctus ⁂ Dóminus, Deus Israël: quia visitávit, et fecit redemptiónem plebis suæ:

Et eréxit cornu salutis nobis: in domo David, púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, qui a sálute sunt, prophetarum: et de manu ómnium, qui odérunt nos.

Ad faciendam misericórdiam cum pátribus nostris: et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Ábraham patrem nostrum, datúrum se nobis: Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, serviámus illi.

In sanctitáte, et justítia coram ipso, ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, prophéta Altíssimi vocáberis: præibis enim ante faciém Dómini paráre vias ejus:

Ad dandam sciéntiam salutis plebi ejus: in remissionem peccatórum eórum: Per víscera misericórdiæ Dei nostri: in quibus visitávit nos, óriens, ex alto:

Illumináre his, qui in ténebris, et in umbra mortis sedent: ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

Antiphon:

Et valde mane una sabbatórum, véniunt ad monuméntum, orto jam sole, allelúja.

POSTCOMMUNION

Spíritum nobis, Dómine, tuæ caritátis infúnde: ut, quos sacraméntis Paschálibus satiásti tua fácias pietáte concódes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

O God, who dost illuminate this most holy night by the glory of the Lord's Resurrection, preserve in the new children of Thy family the spirit of adoption which Thou hast given; that renewed in body and mind, they may render to Thee a pure service.

Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, if you be risen with Christ, seek the things that are above, where Christ is sitting at the right hand of God:

mind the things that are above, not the things that are upon the earth. For you are dead, and your life is hid with Christ in God. When Christ should appear, who is your life, then you also shall appear with Him in glory.

V. Alleluia.

R. Alleluia.

V. Alleluia.

R. Alleluia.

V. Alleluia.

R. Alleluia.

V. Give praise to the Lord for He is good: for His mercy endureth forever.

V. O praise the Lord, all ye nations, and praise Him all ye people.

V. For His mercy is confirmed upon us: and the truth of the Lord remaineth forever.

And in the end of the Sabbath, when it began to dawn toward the first day of the week, came Mary Magdalen and the other Mary to see the sepulchre.

And behold there was a great earthquake. For an Angel of the Lord descended from heaven, and coming, rolled back the stone and sat upon it: and his countenance was as lightening and his raiment as snow. And for fear of him the guards were struck with terror and became as dead men. And the Angel answering, said to the women: Fear not you: for I know that you seek Jesus who was crucified: He is not here: for He is risen, as He said. Come and see the place where the Lord was laid. And going quickly, tell ye His disciples that He is risen: and behold He will go before you into Galilee: there you shall see Him. Lo, I have foretold it to you.

Accept, we beseech Thee, O Lord, the prayers of Thy people together with the sacrifice they offer: that what has begun by the Paschal Mysteries, may by Thine arrangement result in our eternal healing. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and availing unto salvation, that at all times, but more especially on this day we should extol Thy glory, O Lord, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb that hath taken away the sins of the world. Who by dying hath overcome our death, and by rising again hath restored our life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the heavenly hosts, we sing a hymn to Thy glory, saying without ceasing:

Communicating, and keeping this most holy night of the Resurrection of our Lord Jesus Christ according to the flesh; and also reverencing the memory, first, of the glorious Mary, ever Virgin, Mother of the same our God and Lord Jesus Christ: as also of the blessed Joseph, her Spouse, and of the blessed Apostles and Martyrs Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon, and Thaddeus; Linus, Cletus, Clement, Xystus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy Saints, through whose merits and prayers, grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen.

We therefore beseech Thee, O Lord, graciously to accept this oblation of our service, as also of Thy whole family, which we make unto Thee on behalf of these whom Thou hast vouchsafed to bring to a new birth by water and the Holy Spirit, granting them remission of all their sins: and to dispose our days in Thy peace, preserve us from final damnation and rank us in the number of Thine Elect. Through Christ our Lord. Amen.

Alleluia, alleluia, alleluia.

Praise ye the Lord in His holy places: praise ye Him in the firmament of His power.

Praise ye Him for His mighty acts: praise ye Him according to the multitude of His greatness.

Praise Him with sound of trumpets: praise Him with psaltery and harp.

Praise Him with timbrel and choir: praise Him with strings and organs.

Praise Him on high sounding cymbals: praise Him on cymbals of joy.

Let every spirit praise the Lord.

V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit.

R. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

Alleluia, alleluia, alleluia.

And very early in the morning, the first day of the week, they came to the sepulchre, the sun being now risen, alleluia.

Blessed ⁂ be the Lord God of Israel: because He hath visited and wrought the redemption of His people.

And hath raised up a horn of salvation to us, in the house of David His servant.

As He spoke by the mouth of His holy prophets, who are from the beginning. Prophets, who are our enemies and from the hand of all that hate us.

To perform mercy to our fathers and to remember His holy testament.

The oath, which He swore to Abraham father, that He would grant to us, That, being delivered from the hand of our enemies, we may serve Him without fear, In holiness and justice before Him all our days.

And thou, child, shall be called the prophet of the Highest: for thou shalt go before the face of the Lord to prepare His ways,

To give knowledge of salvation to His people unto the remission of their sins. Through the bowels of the mercy of our God, in which the Orient from on high hath visited us,

To enlighten them that sit in darkness and in the shadow of death, to direct our feet into the way of peace.

Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit.

As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

And very early in the morning, the first day of the week, they came to the sepulchre, the sun being now risen, alleluia.

Pour forth upon us, O Lord, the spirit of Thy love: that those whose hunger Thou hast satisfied with the Sacraments of Easter may in Thy kindness be one in heart. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.